

litteras istius donationis sigilli nostri munitione dotatas per dominū Poncium abbatē Speciose vallis ad sanctitatē omnium vestrum direximus. **T**estes huius doni sunt **P**etrus de treua/**D**ecanus sancti **S**tephani ⁊ archid. **H**ieremias de roise **V**ido liabbas/**S**tephanus de chenuis.

Dominus comes palatinus **B**urgundie concedit omnibus abbatib⁹ sancti ordinis publica vectigalia sui thelonei in dicto comitatu ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus/ementibus/seu transeuntibus exigi solent.

Guidoni dei gratia **V**enerabili **L**isterciensi abbati / omnibusq; eiusdē sancti ordinis abbatibus. **O**rtho dei gratia palatinus comes **B**urgundie **S**alutē. **I**n memoriā mei ⁊ parentū meorum publica vectigalia ad redditū thelonei nostri pertinetia ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus siue emētibus seu transeuntibus sollēniter solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis hominib⁹ sicut auus meus **M**aynardus scz pie memorie imperpetuū concessit ⁊ nos concedimus. **Q**uod vt firmū ⁊ incōcūsum permaneat litteras istius donationis sigilli nostri impressione munitas/ad sanctitatē oīm vestrum dirigimus. **A**t quicunq; hanc donationē frangere presumpserit/iram ⁊ indignationē nostram se sciat incurfurū. **T**estes hui⁹ rei sunt magister **D**aniel/**H**ugo monach⁹ **L**isterciensi/**F**romundus de tremolai/**V**ilhelmus de pelmes.

Dominus rex **D**anorū ⁊ **S**clauorū cōcedit fratribus de **L**istercio vt quotiens

visitatores eorum inerint ad partes suas habeant vite necessaria gratis ab exactoribus et villicis suis/et sint liberi a thelonei exactione.

U. Dei gratia Danorum Sclavorum rex omnibus in regno suo constitutis. Salutem et gratiam. Significamus vobis quod misericordie et pietatis intuitu fratribus de Listercio hanc concessimus immunitatem ut quotienscumque visitatores eorum ad partes nostras venerint/apud exactores nostros et villicos gratis habeant vite necessaria/et in foris et in portibus super rebus quascumque comparauerint vel quocumque modo habuerint immunes sint et liberi a thelonei exactione. Et ne quis huic nostre donationi contraire audeat/ipsam sigilli nostri impressione et litterarum testimonio confirmamus. Quod si quis contra hanc nostram libertatem venire presumpserit/indignationem nostram se noverit incursum. Datum Anno incarnati verbi. M. cc. xxix. vj. Nonas Martij.

D. Dominus comes Lugdunensis et Forensis remittit pedagium et leidam pro omnibus rebus eorum qui sunt sub obedientia abbatis Listercij que transferuntur per terram suam.

B. Beatissimo patri suo et domo carissimo dei gratia Listerciensis domus sanctissime abbati sanctissimo S. Lugdunensi atque Forensi comes qualiscumque seipsum et sua/pedagium et leidam pro rebus vestris propriis in terra mea ubique vendendis et emendis vel transferendis tam vobis quam alijs omnibus subditis vobis et obedientibus imperpetuum diuino intuitu remitto/sicque ab heredibus meis voluntatis mee dispositione inuiolabili tenendum